

concepta, effluit, Priscianus lib. 5. ex Plauti rudente, Columbar interpretatur vinculi genus. Isidorus lib. 19. cap. 2. putat esse colūbaria in summis nauium lateribus loca concaua, per quæ eminent remi, dicta quod sint similia latibulis columbarum in quibus nidificant. Varro enim & Columellæ sunt loculamenta in quibus singula paria scetificant, cum Palladius ipsum *ἀδυστοπόσιον*, id est locum alendis Columbibus destinatum, ita appellet. ITAQUE IN GRÆCIS OPERIBVS NEMO SVB MVTILO DENTICVLOS CONSTITVIT. Id vitii antiquorum, vti cætera omnia vsq; adeo pleriq; oēs Architecti aut per manus traditum acceperunt, & imberberunt, aut non docti visum amplexi sunt, vt qui Vitruuium sunt secuti, nullius in operibus vitii fuga tam deletatos appareat, quam hoc quæ siuisset. Nimum cōtra naturam videas sub mutulis denticulos Romæ in Titi Vespasiani & Constantini, atq; Neruæ fornicibus, inq; eiusdem Neruæ porticu, & Thermis Diocletiani. Veronæ in Theatro & duobus veteris structuræ Fornicibus, Arimini vno, tota deniq; Italia, & vbi non? Verecundius qui extruxit Pantheon Templum Romæ, & Fornicem Beneuenti, vbi si Tenia sub mutilis est, at certe non secta indenticulos, vt colligere hinc possis, non continuo cū plausu excipienda esse quæcunq;, quam vultis magno ante tēpore constructa. Iudicium sanè adhibendum, & ea demū in operibus imitanda, quæ à natura rerum non vsque quaq; sint abhorrentia, id quod & optat, & queritur non fieri Vitruuius lib. 7. cap. 5. NEQVE INSTITVERVNT IN FASTIGIIS DEN-